

Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

[Tractatus de attributis, de visione beatifica, de scientia Dei ac de ejus voluntate et providentia]

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Sanctissimæ Virgini Theresiæ, Clarissimi Carmelitarum Discalceatorvm
Ordinis Parenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77132](#)



S A N C T I S S I M A E
VIRGINI
T H E R E S I A E,
CLARISSIMI
C A R M E L I T A R U M
D I S C A L C E A T O R V M
O R D I N I S P A R E N T I.

ON debui inter mortales, quorum gratia studiumq; favendi exiguum ter-
re limitibus definitur, nihilq; in superos potest, D. Thome Aquinatis
Theologiam traditur, patrocinium querere; & sanctissimo viro, cui
sapientia supra humanam, nomen Angeli meruit, injuriam facerem; si
Mæcenati infra ejus magnitudinem & facilitatem posito supplicarem,
vel ejus partes defendendas committerem. Sed nec alteri inter Divos,
quam Tibi, ô DIVA VIRGO THERESIA, clariſſimi Carmelitarum
Discalceatorum institutis Parens, hoc opus nuncupare debui; cum non alteri
quam Seraphice Virgini, Angelicum Doctorem Schola sue causam com-
mendari, Discipulorum opera, studiorumq; fructus efferriri velle, existi-
mandum sit. Et sane, cum plurima rationes sint, qua hoc à me obsequium postulare videntur, po-
stulant maxime; tum summa cum sanctitate conjuncta sapientia in Virgine, cui nil mirum suppli-
care Theologos, que juis aliquando sapientissimis viris dixit: tum deinde, sacri Ordinis Carmelita-
rum Discalceatorum præstantia, & ab incunabulis cum Ordine D. Dominici initium servatumq; fa-
dus; ac demum grati animi sensus, quem palam & pari officio testari equum sit, quod præstantissimi
Philosophi Complutenses, & Salmantenses Theologi, non alteri quam D. Thome sua opera, & la-
bores scholasticos nuncuparint. Sed quis unquam satis amplis laudibus infusam menti, ô DIVA
VIRGO, supra felicissimum ingenium & natura suas opes explicantis dona, gracie cœli muneri-
bus cumulatissima, sapientiam commendet? Utinam præclarissimos in Cantica Canticorum com-
mentarios, quos amor tantorum arcanorum conscius scriperat, demissor de Te ipsa existimatio,
Ecclesia fruendos non eripuisse. Eset sane, quo in admirationem omnium ingenia raperentur, &
caelestes delicias anime in cellaria inducere, inter purissimos sponsi amplexos, suspirantis & languentis
disceremus. Ecquis enim Dei animaq; casti connubij jura, doles, delitizies, verius scribere potuit ea
Virgine, cuius vitam sacri Cantici partem non ultimam fuisse dixerim; cui duntaxat ea quorum
sensus gustumq;, amoris secretorum non ignara, delitarum particeps, sponsi sponſa percipiebat,
scribenda erant: cum caelestes spiritus us divino igne ardens tumidumq; pectus sagittis configerent, &
patefacerent viam amori: cum toties ut celestibus delitiis imponeretur modus, ipsa languens & ex-
hausta fragilitas corporis, & mortalitas postulabat, qua tentam delitarum vim & amoris impe-
rium non sustinebat. Sed hac divini amoris & sacri Epithalamij arcanorum jactura, que scripseras,
& que vix risi Catharina Senensi, Tibique pares anima caperent, compensata est utilioribus libris,
quos ut eternæ pietatis & sapientie monumenta Ecclesia reliquisti. Sed quam magna superfectili ex-
ornandis animis, quam instruto armamentario expugnandis demonibus, quam munificissimâ arce
defendende religioni, libris à Te editis Christianam Rem publicam locupletasti! Adeo colenda fo-

ven-

vendeq; pietati opportunos Ecclesia existimavit, ut votis publicis fideles efflagitare jussent, Cœlestis hujus doctrinæ pabulo enutriiri. & quissimum sane Ecclesiæ consilium ac votum, quo nihil

Ecclesia
in oratio-
ne S. The-
re-
siae.

Ecclesia
in oratio-
ne D.
Thomæ.

D. Ber-
nard. ser.
61 in
Cant.

Salmant.
de Ange-
lis Tract.
7.d sp. 13
Año
1665.

D. Ambr.
de Insti-
tut. Virg. cap.
5.

D. Am-
bros de
viduis.

Alcimus
Avitus
Viennen-
sis ad fo-
torem.

Judic. 4.
Ambr. I.
deviduis.

Basil. Se-
leuciensis.
erat. 6. de
Noe.
Basil. Se-
leuciensis.
Orat. 6. ac
N.D.

minus Seraphica Virginis, quam Doctori Angelico concessum est: cuius doctrinæ fideles trahunt, quæ docuit intellectu conspicere, votis etiam publicis, Ecclesia filiorum salutis sollicita, postulare

jubet. Merito equidem, cum nihil ultra deesse Ecclesiæ, nihil magis ad religionem tuendam, ad

coledam pietatem, Doctoris Angelici libris Theologicis, & Seraphica Virginis libris asceticis op-

tandum videatur. Sed quid cœlestium arcanorum, divinarum rerum, Theologia infusa, non tam

laboro, quam amore comparata, sapientia sponsam latere potuit? Cum cœlestis ille nuncius, singula-

ri beneficio peccatori clavum infixit, non amori solum, sed & sapientie utram patet fecit, ut aperto &

patenti sacris ignibus, divinis luminibus, felici vulnere saucia letaq;, exclamare potueris: Clavus

penetrans, clavis reserans factus est mihi. Norunt sapientissimi Theologi Salmantenses sa-

pientiam Matris, quam grato animo, laureatam Magistrum, in Angelicis enutritum gym-

nasiis, in æthereis eruditam Academiis, divinorum arcanorum mystam vocant; à qua

de rebus difficillimis, si quas Theologia habeat, Angelorum locutione & illuminatione, quibus invi-

cem, vel inferioribus suis conceptis mentem, aperiunt, plurima didicerunt. Novit & ille piissi-

mus, & juxta doctissimum Theologie Professor, qui superioribus annis, Massiliæ in Gallia Narbo-

nensi, Thebæis publicis, difficillimas de Gratia questiones, ex scriptis, juxtaq; mentem D. Augu-

stini, D. Thomæ & sanctissima Parentis Therese, cum omnium admiratione & plausu propugna-

vit. Sed quid his diutius immoror, nec ad culmen glorie, quo me Theresea vocat contendeo? Quid

majus unquam vidit stupens orbis, & miraculo proprius; Virginem sanctissimam, amplissimi Or-

dinis effectam Parentem, que viris ius dicere, cui viri obsequerentur? Dixerim Te verius, ô DI-

V A V I R G O, quam Sarum illam cui Abram parere jubet, veterem soluisse sententiam, &

impositam Eva pœnam, sexusq; conditionem, aut dedecus depulisse. Te viri matrem, Te viri

Magistrum agnoscunt; cui parere sibi honori tribuant, & cui mihi audire videoe nedium mortales,

sed & caritas, tum rei magnitudine, tum novitate provocatos, ita inclamare: Veni Eva jam Sa-

ra, de qua dicatur vita, audi Sarai uxorem tuam: sis Tu licet viro subdita, quia esse

Te deceat, cito tamen solvisti sententiam, ut Te viri audiret, & beatetur. Dixerim Te De-

boram sapientia, & imperio in viros judicandi, potestate percelebrem, que viros hortata, erectoq;

vexillo, virilis animi dignissime fortitudinis exempla demonstravit. Nunquam magis in oraculo

modum, quoniam de Te dicit illud potius: Multi ante judices in Israel, sed nulla ante Te Ju-

dex femina. Quid memorem heroas Ecclesiæ, Divos Basiliūm, Augustinūm, Benedictūm, Do-

minicum, Franciscum: qui primi arenas ingredi, inceruum an milites, an duces, plus fortitudine

quam prudenter valuerint? Multi equidem judices in Israël, sed nulla ante Te, ô DIVA VIRGO,

judex femina, que viris exemplum fortitudinis esse potuerit, que belli suscipiendo in castris Domini,

prima vexillum tulerit, duceritq; viros armata tractare. Nihil est quod Synagoga Ecclesia invidet:

Theresiam vidit, altiori spiritu, melioribus fatis, & in graviori certamine, hortari viros, & in

hostes accendere. Putares revocatis temporum vicibus, ut Debora quondam

Ducaret instruētas post fortia classica turmas,
Et mulier sumpto præcederet agmina ligno,
Mirantes hortata viros: quos ipsa ferocem,
Exemplo, verboq; morens, accedit in hostem.

Inverit quidem Theresiam Ioannes à Cruce, vir sanctitate & doctrinæ eximius, & primus duxque futurus, nisi Theresia prima esset. Sed velut alterum Barac dixerim datum Theresiae, quam se- queretur, non quam duceret: & mihi Theresiam audire videoe, ingenti animo jura dantem, primas que ferem, non reputabitur tibi victoria hæc, sed in manu nullieris tradetur. Una

enim Theresia est, que totam victoriæ laudem reportavit, sub cujus vexillis ceteri milites, dato sa- cramento, ejusq; fortitudine accessi pugnavere: hoc una femina judicavit, femina dispoluit,

femina prophætravit, femina triumphavit, & præliaribus intermixta copis, imperio viros docuit militare femineo. Sed quid Te, ô DIVA THERESIA, cum illustribus veteris

testamenti feminis conseruo, quibus nihil felicius contigit, quam ut egregius licet virtutibus, obscuris tamen velut umbris, levibusq; figuris, illustriora que à Te gerenda erant, & quibus parabant hominum fidem, facienda significant. Nihil ultra verum dicam, si Te cum Elia sanctissimo vate & Carmeli incola, quem parentem agnoscet, contulero, & brevi hoc discrimine, ab illo, à Te Carmelitæ beneficia collata distinxero: dedit ille nomen, sed Tu dedisti salutem. Hoe Adamum inter

& Noënum intercedere dignissimum Patribus quidam egredie animadverterit: Adamus primus homi- num pœnens, summâq; rerum potitus, velut in exercitum potestatis, & juris, specimenq; sapientia, quæ valebat, noscebat, rerum virtutes, & officia, animalibus nomina imposuit: verum honoratior dominus Noëmus, quia animalia à naufragio erepta, navi, que pereuntis orbis reliquias ferebat,

reperando & replendo, cum mundo servavit. Dedit ille nomen, Adamus scilicet, inquit Basilius Seleuciensis, Noënum allocutus, sed tu dedisti salutem. Atqui & eadem collectio, idemq; disci- men beneficiorum, que à Te, ô DIVA THERESIA, & a sanctissimo Vate Discipuli Carmelite, utroq; parente felices percepérunt. Dedit Carmeli incola Elias nomen: amplissimum sane, quodque in memoriam revocat antiquissimum illud legis veteris institutum, quod unicum à Synagoga in Eccle- siam transiit, hominum non tam Eremitarum, quam Prophetarum, in Carmelo degentium; non procula Nazareth urbe percelebri, quam Christus & Diva parens incolebant; ut verosimillimum sit

Elia

Ella Discipulos, Carmeli incolas Christi Matrisque Virginis domum frequentasse; & interdum forsitan Christum & Divam parentem invisisse Carmelum. Sed dederit Elias nomen; at Tu, DIVA VIRGO, de Ipsi salutem revocata posterioribus seculis puriori regula, & quæ duplē Elias spiritum, nec uni dunt axat Eliseo, sed infinitis pro opere modum Discipulis impertitum revocasti: ut mihi videaris, venturo iterum Elias Discipulos sociosque parasse, quos ipsa aliquando prophetico lumine in extasim & superatis temporum spatiis rapta vidisti, cum ultimus casus, ultimaque conflagratio huic orbi crudelibus Antichristi bellis denuntiatur, defensa fidei, victaque Antichristi laudem reportatu. Quid memorem virtutes ceteras que stupentem aliquando orbem tenuere; quibus plurima addidisti, quæ posteris exemplo esse possint; aut verius qua non tam emulcentur, quam ad eorum magnitudinem suspirant? Quis enim adeo erecta sapra communes virtutis leges animi, ut illo ingenti voto, Deo semper placandi, & tantumque meliora, que & magis in divinum honorem cedent, fesse auderet astringere, quod sola post hominum memoriam, & pene in celestium mentium invidiam emissi? Durum sane & grave imposuisse mortalitati onus, quam ad tantum fastigium, & post tria vota, quibus nil ultra viris repertum fuerat, plus ultra due Virgine posse pervenire docuisti. Hac sane singularia, qua miraculus quam virtutibus propiora, orbis stupenti Therese ostendit, & qua cum omnium commendationem me reantur, omnium tamen longe suspirant. Virnam, o DIVA VIRGO, ad tantum fastigium, nature, virtutis gratiae, quadam contortione evecta, non inferioratantis dotibus, tot miraculis verba reperi rem, & tue sapientie & virtutibus paria; quibus novum iter, novum callem tuis solum calcatum vestigis aperuisti, in quo Te sequi nemo audeat: quibus Saram, quibus Deboram imperio in viros, quibus sanctissimum Eliam puriori & sanctiori instituto, tantum non superasti. Hoc saltem integrum Theologie meæ opus, quod supplex offero, velut amplissimam orationem, quæ Tuis virtutibus, Tua sapientia, Tua felicitati applando, velim accicias: & me felicem habeo, si hascriptione, quam non hac solùm forsan etas leget, velut longè, & apud posteros duraturæ testificatione, meum erga Te animum, ob servantiam, cultumque approbavero: sed præterea hoc etiam qualecumque opus Tuo nomini nunc po, Tuique accipient velim, in argumentum fæderis, quod ipsa inter Carmelitarum & Dominicanorum Ordinem prima sanxisti, & nos in violatum, qua vires ferent, nullis artibus parcituri servabimus. Quas Tibi grates, o DIVA VIRGO, Dominicanis reperiant, quo animi sensu, quo plausu illud excipiant, sibi quisque gratissimum testentur, cum insigni adeo in nos begevolentia, quam miro ingenii acumen condiebas, ut vel ipsa festivitate summe placaret: Te Dominicam in Passione nuncupabas! professione scilicet, & voto Carmelitam, affectu & amore Dominicanam. O Diva viæissim affectu, & ut Tuo verbo utar minorielegantiæ, eodem jure quod à Te nobis concessum nemo invidet. Passione soror, quibus aquum est, Te à nobis, quos tantum amaveris, officis coli. Sed non injuria dixerim, id D. Dominico Tibi etiam cura, affectu quoque parenti, id ejus Ordini, ejusque filii debebas, Nulli enim Te unquam dum inter mortales ageres, & per varia rerum discribenda, eximia virtus exerceretur, aut impensis coluerunt, aut promptiori animo, & feliciori successu, suam operam contulerunt. Hec sane provincia Predicatorum Ordini demandata videbatur: atque ut pauca pertencentia quæ inter aliumque Ordinem ab incunabulis initum servatur, que sedis probent: ducet candidum & preclarissimum eorum agmen, quidam. Santa felicitas contigit, ut sanctissime Matri Therese in restituenda Carmeli gloria, suam operam nō varint, D. Vincentius Ferrerius, sui scælii Apostolus, nullique predicatione divini verbi secundus: qui futurum olim Carmelitarum discalceatorum Ordinem preannuntiavit; cum inter tria, quæ singulariter & assidue meditanda dixit, ultimo loco reposuit statum virorum Evangelicorum futurum; quos ita paucis magis Prophetæ spiritu, quam oratoriis arte ad vivum expressit, nihil, inquit, cogitantum, aut loquentium, aut laporantium, nisi solum Jesum Christum, & hunc crucifixum: neç de hoc mundo curantium, sive oblitorum, supernam dei & Beatorum gloriam contemplantium, & ad eam medullitus suspirantium, & ob ipsius amorem tempore mortis operantiam, & ad instar Pauli dicentium, cupio dissolvit & sic cum Christo. An non haec suis lineamentis, & coloribus expressa Carmelite species, cui vix illum est cum hominibus & mortalitate commercium? Plura addit D. Vincentius que certis argumentis & traditione complobatum est de Carmelitarum discalceatorum instituto dixisse, quorum jam prophetica visione solabatur, & suorum temporum infelicitatem levius serebat. Quid non egisset Vincentius, si vixisset ea estate, cum prima hujus instituti fundamenta posita sunt, & simul virtutes, quas præritis natura, & calamitas seculi, hæsum errorumque feracissimi, exilio dannaveret revocate, Carmelitarum novis adibus, velut suis domiciliis & ternisque sedibus morature. Sed hanc Spartam ejusdem instituti, sive zeli successoribus Dominicanis adorandam reliquit. Cum D. Ludovicus Bertrandus, vir ingentibus virtutibus ornatus, cuius propè diem solemnem inaugurationem & anno 1304 expectavimus, Hispaniam omnem sue sanctitatis famam repereret; & tum, o DIVA VIRGO, agitare mente egregium illud facinus, novam Carmelitarum instauracionem: existimasti nihil Tibi tentandum, nisi sanctissimi viri consilium mentemque agnovisses. Data Epistolis sententiam rogas; annuitque vir sanctissimus, & post tres solidos menses, quibus nova animi contentione, serventioribus solito precibus divinum numen solicitavit; nec um omnium serie, futurique Ordinis cumulatissimâ gloriâ dicinitus agnitus, cætus rescripsit; admovendum esse operi manum, & post quinquaginta annos, nullum futurum clariorem in orbe Ordinem, nullique sanctitate & doctrina inferiorem, quem Diva moliebaris: quo responsu, velut oraculo à celis accepto, nihil cunctatum amplius, jactaque prima instauracionis fundimenta, & sanctissimi viri oraculum & votum, brevi eventus subsecutus comprobavit. Sed singulari in Dominicanos Numeris beneficio, qui tum in cathedra D. Petri sedebat, regebatque Ecclesiam

Author
notarum
in Epist.
16. D.
Therese

D. Vir-
cent.
Ferrer.
de vita
spiritu
ulam.

V. Hi-
stor.
Carm.
disca-
lecat. in
pix. &c.

Histor.
Carm.
disca-
lecat. in
pix. &c.

Ecclesiam; is erat Pius V. cu[m] parem à pluribus seculis Roma non viderat, & cuius breviorem quam
res Ecclesia postulassent, vitam etiamnum fuisse dolet. Sed quis unquam Carmelitarum instauratio[n]e
impensis favit, praefectis sapientissimis viris, qui novum & nascens institutum, quod multorum in-
vidia petebat, summa potestate defendenter? Quin etiam tantā Tui admiratione tenebatur, ea Te be-
nevolentia, quam summa virtutis similitudo conciliaverat, prosequebatur; ut ē terris caelos commi-
graturus, hoc sibi deesse noluerit, ut ad metam ad quam celerrimo gradu contendebas, suis adhortatio[n]ib[us]
incitaret, & novae instauratio[n]i promovenda, opem quam pluvinam ferre poterat caelis inter
Divos receptus, polliceretur. Num tamen deesse videri potuit ad cumulatam familiam Dominicana[em]
gloriam; qui cā estate Hispanias, & Ecclesiam omnem illustrabat, Ludovicum Granatensem, sui Ordini
egregium ornamentum, eodem loci Tecum degisse. Hic enim Tibi pro ceteris unus ad depellendos
etiam doctiorum hominum timores, & incompositos vulgi rumores sedando satis fuisse: nec dubium
quoniam unum ceteris anteposuisse, cui propensum adeo animum, quem à Te eximia viri in pertractandis
Religionis salutisq[ue] rebus peritia, ac virtus promeruerant, ita testatum voluisti; ut transmisā ad eum

D. Ther-
eſia E-
pift 12.
ad Ludi-
Granat.
Histor.
Carm.
parte 2.
lib. 2.
cap. 1.

Epiftolā dixeris, inter plurimos qui ipsum ex animo colerent & amarent, Te unam esse: atque huius li-
bros asceticos, quos tanto emolumento, tantā voluptate perlegebas, ita pene impatiens desiderium ex-
citasse ipsum de facie noscendi, ut ipsum aditura nulli labore pepercisses, nisi sexus ratio[n]e vivendi Vir-
ginis Deo sacrae vettissent. Verū nihil ea etiam parte, aut Dominicorum gloriae, aut Tuis votis de-
perit; cum non defuerint viri sapientissimi, qui Granatenſis desiderium levarent, & quas ab ipsa
partes exēgisses, implerent. Primus inter eos qui Te propius & intimius norunt, suam operam con-
tulerunt, is fuit Petrus Ibagnes, vir summa eruditio[n], qui cū primū sacrā exomologesi exce-
pta ingentia dona, quibus Te Deus cumulabat agnoveret; fuit, & quā Tabula confessionibus, auth-
oritate valebat, iussit ut integrā vita seriem, & ex ordine, cælesti dona, & quā legimus miracula
scriberet. Sed quā amplissimā mercedem officiorum que Tibi exhibuerat, seu in construendis sa-
crarum Virginum edibus, seu in elevandis & amoliendis gravibus impedimentis, quibus hominum
invidia, furor, dampnum, divinum opus retardabant, consecutus est! Refers visam à Te sanctissi-
mam Virginem parentem, que ipsum ueste candidissima indueret, tanquam donativo & premio,
quod in construendo D. Iosephi Monasterio suam operam contulisset, quā ueste velut cælesti symbolo &
sacrā oppigneratione, reliquam vita parterre summa innocentia transigendam, omniq[ue] lethali culpā
immunem promitteret, & conferret. Sed quid de Dominico Banne dicam, minus suis scriptis, quā
tuā commendatione claro: qui nulli unquam in Tuis cōspītis promovendis, affectu, obsequiis, & la-
boribus cessit: & quo non alterum forsitan majori vicissim affectu profecitae es, & dum in humanis
ageres coluisti? Is est quem unum pene ex omnibus, amplissimo titulo & Patris & Domini appella-
bas: cui tantā necessitudine, & animi confusione jungebaris, ut hanc exactissimā amicitie legem ti-
bi possum scriberes, quod ipse vellet Tibi probari, quod nollet dispergere, & quadam ve-
luti incantatione in ejus consilia mentemque rapi, nec posse dissidere. Quā Te debuit
post hec ne se tanto fædere, tanta hujus amicitie felicitate indignum probaret, studio colere? Nul-
li labori parcerat; nullo periculo terrebatur: hic cum aliquando commotum vulgus ad prime do-
mūs, que sacris virginibus parabatur, fundamenta convellenda penitus furor armasset, in me-
dium turbam irruit, & auctoritate quā plurimum valebat, ac eloquacissima oratione turbulentorum hominum audaciam impetu[m] repressit: quod tanti Notarum in Epistolas Divæ Virginis au-
tori visum est, cum ex ea domus erectione, que ceteris forma futura erat, aliarum edum fors fortu-
natā penderet, ut scriperit, (qua nō sibi quisquam nostrum tribueret, ipsa modesta animi, nihil
de se altius, tacitis etiam meritis laudibus jactantis, vetabat:) vixā solū ratione, magnā ex par-
te Familia Dominicana novam Carmelitarum Discalceatorum instauracionem deberi. Prætereō
ceteros, quos instura Carmeli historia cum laudibus referunt, & quos nihil significat opus refer-
re; cū, licet alioquin scientia, & pietate, ceterisq[ue] dotibus clari, nihil majus habeant, & unā re-
pates sint, quod non inutilem suis laboribus, suis studiis Tibi operam contulerunt. Et sane quoties de
Te ò DIVA VIRGO THERESA, agitur, ubiq[ue] Dominicanī occurrunt, aut se se ultero offerunt,
aut non inviti vocantur. Si à sacro quatuor officio viri diligendis sint, qui de Theresa Virginis
scriptis judicūm ferant: Dominicus Bannes tota Hispania, tota orbe celebris, & Ferdinandus de
Castello, Regia Concionibus, diliguntur, singulari, inquit historia Carmeli, numinis providentia,
ne in Diva Virginis defensione unquam Dominicani decessent. Si à D. Virginē libri scri-
bendi sint: author est Petrus Ibagnes ut sue vita seriem scribat; Garcias Toletanus, vir cum paucis
nobilitate, doctrina, pietate, & rerum experientia componendus, ut scriptam capitibus distinguat:
Dominicus Bannes, ut Tractatum de perfectione consequenda edat. Si Commissarii novae institu-
tions monasteria visitandi causā perficiendi sint: prelaudatus Garcias Toletanus, ipsi[m] non impar
Ioannes de las Cuenas præficiuntur. Sed parum erat allaborare Dominicanos, totisq[ue] viribus aman-
tissimas Theresa Discipulis opem impendere: noluit D. Dominicus Parentis suas partes deesse, & ne cui
dubium foret, huic Provincie suorum filiorum gerende incumbere, luculento miraculo comprobavit.
Quoties hi, qui Tibi jam, ô DIVA VIRGO, parabant, & novam instauracionem omnibus artibus,
totisq[ue] studiis premovebant, Commissariis à Rege destinatos convenient; aderat egregia forma ca-
tulus, qualem in insignibus D. Parentis Dominicini pingunt, & qui colore ipsius Ordinis habitum refer-
ret: hic parvis motibus, & ad blandiendum compotis, cunib[us] preibat, & versā identidem facie
veluti vocaturus, viam quā ituri erant demonstrabat. Quis post hac, stolidus est Dominicanorum
sensus, quorum parentis D. Dominicus, partitis inter suos tuosque curis, quecumq[ue] ad spectant, ad se
etiam pertinere, eorum sollicitum esse miraculis comprobavit. Pergunt Te colere, ô DIVA VIRGO,
affectu

Vide D.
Ther-
eſia E-
pift 12.
ad Pe-
trum I-
bagnes.
D. The-
reſia E-
pift 12.
ad Ban-
nem.
vita c. 32

Author
notar. in
Epift. 16.
D. Ther.
Ep. 16.
ad Ban-
nem.

Author
notar. in
Epift. 16.
D. Ther.

Historia
Carm.
discal.
partit.
lib. 6.c. 9.

Epiftolā dixeris, inter plurimos qui ipsum ex animo colerent & amarent, Te unam esse: atque huius li-
bros asceticos, quos tanto emolumento, tantā voluptate perlegebas, ita pene impatiens desiderium ex-
citasse ipsum de facie noscendi, ut ipsum aditura nulli labore pepercisses, nisi sexus ratio[n]e vivendi Vir-
ginis Deo sacrae vettissent. Verū nihil ea etiam parte, aut Dominicorum gloriae, aut Tuis votis de-
perit; cum non defuerint viri sapientissimi, qui Granatenſis desiderium levarent, & quas ab ipsa
partes exēgisses, implerent. Primus inter eos qui Te propius & intimius norunt, suam operam con-
tulerunt, is fuit Petrus Ibagnes, vir summa eruditio[n], qui cū primū sacrā exomologesi exce-
pta ingentia dona, quibus Te Deus cumulabat agnoveret; fuit, & quā Tabula confessionibus, auth-
oritate valebat, iussit ut integrā vita seriem, & ex ordine, cælesti dona, & quā legimus miracula
scriberet. Sed quā amplissimā mercedem officiorum que Tibi exhibuerat, seu in construendis sa-
crarum Virginum edibus, seu in elevandis & amoliendis gravibus impedimentis, quibus hominum
invidia, furor, dampnum, divinum opus retardabant, consecutus est! Refers visam à Te sanctissi-
mam Virginem parentem, que ipsum ueste candidissima indueret, tanquam donativo & premio,
quod in construendo D. Iosephi Monasterio suam operam contulisset, quā ueste velut cælesti symbolo &
sacrā oppigneratione, reliquam vita parterre summa innocentia transigendam, omniq[ue] lethali culpā
immunem promitteret, & conferret. Sed quid de Dominico Banne dicam, minus suis scriptis, quā
tuā commendatione claro: qui nulli unquam in Tuis cōspītis promovendis, affectu, obsequiis, & la-
boribus cessit: & quo non alterum forsitan majori vicissim affectu profecitae es, & dum in humanis
ageres coluisti? Is est quem unum pene ex omnibus, amplissimo titulo & Patris & Domini appella-
bas: cui tantā necessitudine, & animi confusione jungebaris, ut hanc exactissimā amicitie legem ti-
bi possum scriberes, quod ipse vellet Tibi probari, quod nollet dispergere, & quadam ve-
luti incantatione in ejus consilia mentemque rapi, nec posse dissidere. Quā Te debuit
post hec ne se tanto fædere, tanta hujus amicitie felicitate indignum probaret, studio colere? Nul-
li labori parcerat; nullo periculo terrebatur: hic cum aliquando commotum vulgus ad prime do-
mūs, que sacris virginibus parabatur, fundamenta convellenda penitus furor armasset, in me-
dium turbam irruit, & auctoritate quā plurimum valebat, ac eloquacissima oratione turbulentorum hominum audaciam impetu[m] repressit: quod tanti Notarum in Epistolas Divæ Virginis au-
tori visum est, cum ex ea domus erectione, que ceteris forma futura erat, aliarum edum fors fortu-
natā penderet, ut scriperit, (qua nō sibi quisquam nostrum tribueret, ipsa modesta animi, nihil
de se altius, tacitis etiam meritis laudibus jactantis, vetabat:) vixā solū ratione, magnā ex par-
te Familia Dominicana novam Carmelitarum Discalceatorum instauracionem deberi. Prætereō
ceteros, quos instura Carmeli historia cum laudibus referunt, & quos nihil significat opus refer-
re; cū, licet alioquin scientia, & pietate, ceterisq[ue] dotibus clari, nihil majus habeant, & unā re-
pates sint, quod non inutilem suis laboribus, suis studiis Tibi operam contulerunt. Et sane quoties de
Te ò DIVA VIRGO THERESA, agitur, ubiq[ue] Dominicanī occurrunt, aut se se ultero offerunt,
aut non inviti vocantur. Si à sacro quatuor officio viri diligendis sint, qui de Theresa Virginis
scriptis judicūm ferant: Dominicus Bannes tota Hispania, tota orbe celebris, & Ferdinandus de
Castello, Regia Concionibus, diliguntur, singulari, inquit historia Carmeli, numinis providentia,
ne in Diva Virginis defensione unquam Dominicani decessent. Si à D. Virginē libri scri-
bendi sint: author est Petrus Ibagnes ut sue vita seriem scribat; Garcias Toletanus, vir cum paucis
nobilitate, doctrina, pietate, & rerum experientia componendus, ut scriptam capitibus distinguat:
Dominicus Bannes, ut Tractatum de perfectione consequenda edat. Si Commissarii novae institu-
tions monasteria visitandi causā perficiendi sint: prelaudatus Garcias Toletanus, ipsi[m] non impar
Ioannes de las Cuenas præficiuntur. Sed parum erat allaborare Dominicanos, totisq[ue] viribus aman-
tissimas Theresa Discipulis opem impendere: noluit D. Dominicus Parentis suas partes deesse, & ne cui
dubium foret, huic Provincie suorum filiorum gerende incumbere, luculento miraculo comprobavit.
Quoties hi, qui Tibi jam, ô DIVA VIRGO, parabant, & novam instauracionem omnibus artibus,
totisq[ue] studiis premovebant, Commissariis à Rege destinatos convenient; aderat egregia forma ca-
tulus, qualem in insignibus D. Parentis Dominicini pingunt, & qui colore ipsius Ordinis habitum refer-
ret: hic parvis motibus, & ad blandiendum compotis, cunib[us] preibat, & versā identidem facie
veluti vocaturus, viam quā ituri erant demonstrabat. Quis post hac, stolidus est Dominicanorum
sensus, quorum parentis D. Dominicus, partitis inter suos tuosque curis, quecumq[ue] ad spectant, ad se
etiam pertinere, eorum sollicitum esse miraculis comprobavit. Pergunt Te colere, ô DIVA VIRGO,
affectu

affetu & passione sror; & inter Divos receptam, non in Hispanis solum, sed & in Galliis, & qualiter in
orbis patet Dominum eorum Familia, Te laudibus celebrat, & suo etiam jure debitum patrocinium re-
pedit. Per quod natus tot obsequis olim sive fatus; atque hujus operis nuncupationem, confirmati
terum & nunquam solvendi fidei argumentum esse volo. Et sane hoc amicitie demonstrande ge-
nere tuos praevisse fateor, & penes invideo: cum & Complutenses Philosophi, & Theologi Salmanticens-
ses, suos labores Theologicos non alteri quam D. Thomae confecrarint. Hac inter nos studia obsequendi
servare decet; certari vici sim officiis; & Carmelitas D. Thomae Angelico, & Dominicanos D. There-
sia Seraphice supplicare. Atque hoc etiam obsequium Tibi a nobis vendicasti; notuisti enim tuos alibi,
quam in D. Thoma doctrinam haurire. Sed quam magnorum virorum accessione Scholam ipsius illa-
strasti. Quot enim & quam egregi Theologi, quorum operam nobis emuli incideant, in D. Thoma illu-
strando iudicunt! Quamprimum in nostram Scholam ingressi sunt, caperuntq; D. Thomam & au-
dere & defendere; non habuit Angelicus Doctor fortiores pugiles, nec aciores vindices adversarii per-
severunt. Quantum laudis consecuti sunt in eo scribendi genere Complutenses Philosophi, quibus non
alii purior D. Thoma doctrinam tradiderunt, quos elegisse ipse D. Thomas ut fidelissimos interpretes
quorum ore scriptisque suaque mentem, & reconditos sensus ceteris patet faceret, videri possit? Quid de
Salmantensibus Theologis dicam: quibus vix ullum S. Thoma emulum ingenio, diligentia, soliditate
parem reperire est; quos magis per time scere schola Thomistica debuisse, & acriori impetu majori robo-
re pugnantes persensisset: & ne quid praterem, quos suam Scholam instituere, seq; sequenda sententia
autores constitueret potuisse non dubitaverim, nisi praecentem Angelicum Praeceptorem sequi, & sue
parentis iussi affecti, & sua erga D. Thomam reverentia sponte adducti, maluiscent. Sed quid de Phi-
lippo a sanctissima Trinitate dicam, viro suo gradu dignissimo, & ad supremum Congregationis Italicae
regimen electo, in quo pietas & scientia decerent, dubium que palmam seruat. & cui, editus Philosophia,
utriusque Theologia, Scholastica & Mystica, Historia, alijsque cedro digni operibus, unus scribendarum
rerum finis, que virum religiosum deceant, finem scribendi fecisse videatur? Sed quid de ejus decessore,
Dominico a sanctissima Trinitate, viro pietatis eximiae, ingeniiq; felicissimi, qui hujus etatis scriptores
omnes provocare possit, insigni opere, cui potiori jure Bibliotheca titulum fecerit, quam Diodorus ille,
qui apud Graecos nugari desit. & B. B. A. B. his toriam suam inscripti: cum Bibliothecas integras To-
mis septem exhauste dixeris, quibus Theologia omni qua lata patet, Scholastica, Theatica, Polemica, Me-
thodica, Symbolica, Mystica, comprehensa, nihil ceteris in re Theologica reliquum fecit: Sed quid de Bla-
sio a Conceptione, qui unam duntaxat Metaphysicam, & breuem Ethicen scribere visus est, ut alia-
rum partium desiderium excitaret, & ostenderet quid in augenda & illustranda litterarum república
potuisse, nisi solitudinis amor virum religiosum a scribendo retraxisset? Praterero ceteros qui tantum
in illustrando D. Thoma laborarunt, ut non iis minus quam ceteris discipulis quos ejusdem instituti
cum suo Magistro profecto ad ejus defensionem provocat, spes omnes sue doctrine defendenda demanda-
sse credatur: & qui in ejus Scholz, sola antiquitate inferiores, nihil ceteris eruditio, & in Magi-
strum observantia majus concedant. Vepsum injurias esse & malemerer de praeclarissima Familia,
magnamque partem glorie & instaurati Carmeli filierem, & clarissima huius instituti & Theologia Mysti-
ca lumina præterirem, Iordanem & Crucem, & alterum Ioannem a Iesu Maria, nulli nisi Tibi, o DIVA
VIRGO, cælestium rerum cognitione, amore comparata, inferiores: & qui jacturam commentario-
rum quos in sacrum Epithalamium canticum scripferas, maximo Christianæ religionis & pietatis emolu-
mento repararunt, scripsis commentariis, quibus spem annem divinum explanandi cælestes delicias
anime ad sponsa Verbi dignitatem evecta, ceteris abstulerunt. Sed quid de Theologia Mystica
scribendum superest post luculentissima opera Ioannis a Cruce, ascensum in Montem Carmeli, obscuram
noctem, amoris flamman, quibus r. per Ludovicus a sancta Therese, vir eximia pietatis & pars erudi-
tionis, qui in virtute scientiam ministrat, luculentam de unicæ Dei cœnæ tractationem 2. Pet. i.
ad junxit. His duntaxat similia sunt, ceteraque ejusdem argumenti longe superant, qua alter Joannes a
Iesu Maria scripsit, Theogiam Mysticam, Epistolam Christi ad hominem, artem Deum amandi. Non
dubitabo hec clarissima Carmelitarum discalceatorum instituti lumina inter etiam nostra Schola or-
gamenta reponere: neque enim erit unquam, ut sanctissima Familia domestica, apud nos extranei ha-
beantur: adeo jus in nostram Scholam D. Parentis Therese Familia sibi vendicat, & in violabile
utriusque instituti fedus, junctis mutua charitate animis, utriusque gloriam & communem & indi-
viduam efficit. Et sane si Theologia Mystica tractatio nostris pene intacta fuit, Carmelitis discalceatis
relinquebatur, quos expectasse videbamur, ut tantorum virorum ore D. Thomam Mysticam Theolo-
giam edocent audiremus. Sed hec omnium, o DIVA VIRGO THERESA, tuorum filiorum ope-
ra, & in D. Thoma illustrando suscepit labores, Tuas sunt & singularia in nos collata beneficia: & mihi
audire videor Angelicum Aquinatem nolle alteri quam Seraphice Virgini hoc opus nuncupari, velut in
argumentum grati animi quod tantorum virorum accessione, Scholam ipsius auxoris & illustraris. Igi-
tur Magistro obtemporo, atque hoc qualecumque opus Theologicum Tibi, o DIVA VIRGO THERESA,
clarissimi Carmelitarum discalceatorum instituti sanctissima Parentis supplex offero: tum ut
longam, & si faveras, apud posteros duraturam, Tuarum virtutum & sapientie commendationem:
tum ut novam Tuæ cum nostra Familia antiqui fæderis confirmationem: tum ut grati animi ob Com-
plutensem & Salmantensem in D. Thoma congregatas laudes, collataque studia, testificationem. At-
que utinam hanc laboris mei mercedem referam, ut intelligas, & quæ m: libri spargentur, rotique orbi
palam faciam; quam Tuas virtutes sum ipse tum Dominicani omnes sufficiant, quo Te affectu colant,
quæ Te veneratione prosequantur.

Plinius
in Pref.
ad hist.
natura.